

PRÆSTANTISSIMO AC HUMANISSIMO
DN. REINHOLDO MITTENDORPIO.

Dicite jò ! juvenes ; Linguis meliora favete
Pectora : Reinholdi adplausum molimina poscunt.

Quid sint *Intellectus & Intellectio*, (ohc
Cælo majores, meliores Sole labores)
differit, & docto propugnat gutture, Athenas
quæ quondam docuit, quæ non sine Numine Divum
ille Stagirites, Sapientum, scripsit, Ocellus.

Dicite jò ! juvenes ; Linguis meliora favete
pectora : Reinholdi adplausum molimina poscunt.
Euge bene ! *In sensu primum esto*, ferire patentes,
quod fas est, ædeis mentis. *Phantasma requiro* ;
quò sine qui speras operam hanc, quoq; falleris idem.
Cernere cuncta voles ? rogitas, me muneri fungi
Indicis ? En ! *Intellectus Connubia vulgo*.

Dicite jò ! juvenes ; Linguis meliora favete
Pectora : Nunc plausum *Mentis Connubia* poscunt.

currente calamo fecit

M. JACOB. BREIGERUS.

Dic *Ægyptia dic Aruspicina* :
Quò thure, aut thymiamate, aut Solocæ
Quimus Phæbiam piare mentem ;
Ut tritam Sophiam eruat lacunã
Bucconum, cerebri quibus nec umbra est ?
Quercum Pisa litet Notho probatam.
Sic suaden DEa ? scilicet stagiram
Jobi solvere disputationes,
Quassas turbine ventilationum ; ita
acer non nisi ventilata surgit ?
Quod ergò Clario litamen offers,
Reinholde ò Charitum patrisq; splendor,
Et bardos fugitas fugasq; blennos.
Sic perge ingenij litare cultum :
Herclè usu hoc viget, otio senescit.

Contubern. f. L. Fac.

PETRUS PHILIPPI Halberst. Saxo.